

manniana hypothesi uocibus Ebr. omnibus mere mechanicas significati-  
 ones formales concedendas esse, cum literarum notiones omnes prorsus  
 mechanicae sint, unde incongrua multa, et periculum sapientia, deduci  
 possent, u. g. nihil de DEO, rebusque Spiritualibus, et Moralibus, de  
 perceptionibus, et actionibus animae, relationibus, et abstractis affe-  
 ctionibus proprie, et secundum literam dici, neque talia Ebraeo Idioma-  
 te, nisi per Metaphoram, aut alium Tropum reddi posse: Sed nisi me  
 omnia fallunt, uetat Cl. Vir confundi primam crudamque significatio-  
 nis delineationem cum ipsa iam perfecte constituta significatione. De  
 priori uera ista esse possunt, non de posteriori. Illa enim obuiam cras-  
 samque literarum significationem, quae primo omnium, et facillime  
 occurrit, uocibus applicat. Haec non contenta rudiori delineatione ex  
 usu in Sacris Literis inuento, atque cognatorum collatione rem omnem  
 accuratius exponit. Iam his suppositis, quam formalem significa-  
 tionem uocabula Ebraeorum, de Locutione tam Spiritualis, quam  
 humana, adhiberi solita, prae se ferant, uideamus. Prima uox est  
 אָמַר, conf. Job. I, 7. אָמַר secundum Cl. Neum. in Clau. domus  
 Heber Part. prior. p. 3. denotat motum, et actiuitatem, secundum  
 Summe Reu. Dn. D. Loesch. de Caus. Lingu. Ebr. Aleph interiore  
 suo ualore praesentiam eminentem ac praecipuam, eamque actiuam, in-  
 dicat,, quam haud incommode per אָמַר emanare reddi posse in  
 seq. monet. Altera litera est אָ de hac Magnif. Loesch. l. c. p.  
 265. Fuerit igitur, inquit, notio אָ continere intra se foecundando,  
 siue ut augeatur ac multiplicetur, suoque tempore emittatur. De ulti-  
 ma litera אָ Cl. Neum. l. c. p. 104. scribit: Resch motum indicat  
 prodeundi, exeundi, egrediendi foras, omnisque exterioritatis nota est,  
 atque in describendis rebus, quae emicant, effluunt, extant, et similibus,  
 uulgo adhibetur. Huius rei uestigia in aliis etiam linguis depre-  
 hendimus. Relinquo cuiusuis iudicio, quam pulcre talia ad  
 mare applicari possint, quod Germani dicunt Meer. etc. Ex  
 his concludi potest, אָ notare eiusmodi motum, et actiuita-  
 tem, cuius beneficio, ad rem alteri praesentandam, foecundi  
 quid, pluribus rebus quasi impraegnatum, atque ad plures  
 conceptus gignendos aptum, emittitur, et egreditur. Alte-  
 rum uerbum est אָמַר, de quo Cl. Neum. l. c. p. 192. tradit: In  
 significatione formali est אָ protrudere אָ aliquid אָ foras. Cae-  
 tera,